Sciendum quod horum qui perfectionem sunt ad vitam quidem dedunt activam quidam vero
contemplativam quidam activam et contemplativam et hii omnes glorificantur in spiritu filiorum dei
sed differenter primi glorificantur raro secundi semper tercii frequenter Ad hanc gloriam
deveniri duplex via Una tendit activos Alia contemplativos et illi qui simul sunt
activi et contemplativi tendunt utraque via Prima tendit activos sunt exteriora opera
virtutis sicut ieiunare infirmos visitare elemosinam dare corpus limina visi-
tare et similia Via qua tendunt contemplativi sunt opera interiora virtutis que beatus
Augustinus enumerat ordinat et diffiniendo notificat Que sunt meditacio
sciencia compunctio devocio oracio affectus amor desiderium gaudium quod
apostolus appellat gloriam spiritus vite eterne Hec enim opera sunt via contempla-
tivorum ad gaudium perpetuum tendencium Primum inducit secundum, secundum vero tercium
et sic deinceps sicut dicit beatus augustinus quod meditacio est frequens cogitacio
sagax et studiosa obscurorum investigacio et occultorum ad noticiam ap-
tio quo meditacio scienciam inducit dicit Salomon dicit qui apponit scienciam
apponit et dolorem Hec autem sciencia non est demonstrativa sciencia sed per rerum
principia vel conclusionum habitus qui in septem artes dividitur liberales
Sed est secundum primum statum cognicio quam diffinit beatus Augustinus Sciencia est cum homo ad
cognicionem sui assidua meditacione illuminatur Et quod hec compunctionem in-
ducit quia cum illuminatur homo sic reatum suum agnoscit et sic terretur territus
confitetur cum orat plorat et misericordiam impetrat Videte quomodo sciencia inducit
compunctionem Compunctio vero est quando ex malorum suorum consideracione cor
compungitur intimo dolore Hec parit devocionem cum homo excogitat et
compellit ad statum oracionis et meditacionis Devocio est pius ex divine cle-
mencie consideracione affectus in deum qui cum ex affectu crescit et inflammatur
in oracione iam valentem orando clamatur ut sibi cum moyse dicatur Quid
clamas ad me Oracio est mentis devocio id est conversio in deum per pium
et humilem affectum quam cum attenta mente dicitur affectus ardens acquiritur Affectus
est quedam spontanea ac dulcis inclinacio ad deum dicit quomodo dicit augustinus Sed nulla
ita deum inclinat ad pietatem et misericordiam quemadmodum purus mentis affectus
qui cum inardescit amor crescit Amor est cordis delectacio alicuius ad aliquid
per desiderium currens per gaudium vero requiescens per desiderium id est appetendo
per gaudium in perfruendo Desiderium est ut dicit Augustinus oracio et si continuum est
desiderium continua est oracio Gaudium vero est ex oblectamento repletionis cordis
iocundacio Anima autem hiis operibus exercitata elevat se supra se

Non mediocriter errat qui maiori bono prefert mediocre bonum Nonne
rationalis hostia dignitatem amittit qui vel ieiunijs caritati aut vigilias sensus
integritati prefert ut propter inordinatam immoderatam atque indiscretam psalmorum
aut officiorum decantacionem ad amentie aut insanie notam incurrit Nullum aliorum
flectit deus multitudinis pro ut hos non ore vocibus tantum sed corde orandus est deus
Sanguis melior est quamque psalmorum decantacio cum cordis puritate ac
serenitate et spirituali hilaritate quam psalterij modulacio cum inquietate
cordis atque insania Audiat itaque qui ea que necessaria corporis sunt subtrahit id
quod per prophetam dicitur Ego dominus odiens rapinam holocaustorum De rapina vero
holocaustum offert qui vel ciborum nimia exquisitate vel sompni penuria
corpus suum affligit Videat itaque quod apostolus dicit Curam carnis ne fe-
ceritis scilicet in delicijs et desiderijs Pro superflua prohibet non necessaria
Unde etiam ad idem alibi dicit Rationabile sit obsequium vestrum / Hugo de
sancto victore Qui carnem suam plus quam debet premit hostem suum nutrit
qui vero plus quam debet reprimit civem suum occidit
Non in qualitate vel quantitate ciborum est vicium [illegible] diuino sermone nec sine
exigencia quod vita Non in usu rerum sed appetitu nocivo et guloso reprobatur
Pura et recta intencio est si quis actiones vite ad honorem dei aut utili-
tatem proximi ad bonam conscienciam querit
Spiritus qui non fallitur elegit quod carni molestum est Id ergo magis eligen-
dum est Crisostomus Quid aliud doces vel suades ab eo tempore a seductore
cauendum est verum conuersus Nichil aliud est bene loqui et male viuere quam
se ipsum propria voce condempnare Dicit in persona christi In via mea conspicies
vitam tuam ut sicut ego paupertatis et obediencie humilitatis et pene de-
clinabiles semitas terui sic et tu eisdem vestigijs incedas
Bernardus Religio fundatur paupertate erigitur obediencia decoratur castitate
custoditur humilitate perficitur caritate
Unde quando per rectam intencionem psallimus vel missa dicitur non [illegible]
quibus [illegible] dicitur accipi ut [illegible] mediocriter
[illegible] tempore gloria
Gregorius in moralibus Unde in hac vita ea que nolumus patimur val-
de necesse nobis est ut ad deum qui iniuste velle nichil potest nostri cordis
studia deo inclinemus Si enim deo iusta placere scimus et nulla
nisi que deo placent pati possumus iusta sunt cuncta que patimur et
valde iniustum est si de iusta passione murmuramus

It(em) greg(orius) Tria sunt que a(n)i(m)am me(am) dilatant? ... compassio afflictorum
pacia tribulatorum. Revolvit recordor iudicij penas inferni passiones
xpi gaudia celorum. Hec reserva et pace habe
Crisostomus. Melius est odium propter deum quam amicicia que est propter ipsum
Eciam propter ipsum diligimus debitores dei sumus. Eciam odio propter
ipsum habemus debitorem ipsum nostrum facimus
Sex sunt peccata in spiritum sanctum. Desperacio presumpcio impenitencia
obstinacio impugnacio agnite veritatis. Invidencia fraterne gratie
Et vocatur desperacio quando homo abiciat consideracionem misericordie divine remittentis
peccata et premiantis bona. Presumpcio autem vocatur quando homo abiciat timorem
et consideracionem divine iusticie punientis. Peccat dum scilicet aliquis se presumit
gratiam et gloriam adipisci sine meritis vel veniam sine penitencia
Impugnacio autem veritatis agnite vocatur dum aliquis veritatem fidei agnitam
impugnet ut licencius peccet. Invidencia vero fraterne gratie dicitur
dum aliquis non solum invidet persone fratris sed eciam invidet gratie dei
existenti in illo. Impenitencia vero dicitur non quando perseverancia in peccato
usque ad mortem sed accipitur secundum quod importat propositum non penitendi
Obstinacio autem dicitur quando quis firmat suum propositum in hoc ut peccato inhereat
Tres fides non habet initium cum scientia non potest experimentum. Unde
Nota quando antiquus hostis nos temptat de fide secundum augustinum consulit
fateamur deum aliquid posse quod fatemur nos intelligere non posse
et in hoc consistit fidei initium et antiquum hoste fugatum confusum. Quod
Nulla talis ad virtutem exhortacio quam peccatorum recordacio. Unde ad
tria valet peccatorum recordacio. Ad devocionem excitandam ad humilitatem
conservandam et ad cautelam habendam contra futura. Periculosum est
peccatorum oblivisci periculosius sine dolore reminisci periculosissimum cum de
lectacione recordari. Nota Quod
peccatum quod per penitenciam non deletur mox suo pondere ad aliud trahit
De amore quod ... consciam? ... fideliter. Item duo
sunt que retrahunt homines a peccato scilicet memoria passionis christi et consideracio proprie fine
Item duo pauperes in servicio dei sunt cavenda scilicet ne unus alium vicio
licet pro libito indulgeat ... peccatum ... adeo veniale quod non
fiat mortale dum placet etc. Et ne bona studia vel opera pietatis
finis studeat seu ... spinas. Primum patet ut in uno corde se sic
impetret ... in ... consuetudinem hoc etc.